JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 280r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



capiunt si initium sine vicio ceperint. Omnis diffinicio in iure ciuili periculosa est parum enim est ut non subuerti possit.

Regule iuris ciuilis huius libri p. sunt hec

Plus cautionis in re est quam in persona. Pupillum qui proximus pubertati sic capacem esse et furandi et iniurie faciende. Inheredes non solent actiones transire que penales sunt ex maleficio. Veluti furti dampni iniurie vi bonorum raptorum et iniuriarum. Pretor bonorum possessorem heredis loco in omni causa habet. Pena iudicia semel accepta inheredes transmitti possunt. Pupillus nec velle nec nolle in ea etate nisi apposita tutoris auctoritate creditur. Priuilegia quedam cause sunt quedam persone et ideo quedam ad heredem transmittuntur quedam cause sunt que persone sunt ad heredem non transeunt. Parem esse condicionem oportet eius qui id possidet vel habeat atque eius cuius dolo malo factum sit quominus possidet vel habeat.

~~malo habere possunt perinde in eo statu sunt atque si non et ideo quod fisco obligamus et vendicare interdum et alienare seruitutem predio imponere possumus~~ Plerumque sit ut etiam que a nobis abire possunt perinde in eo statu sint atque si non essent condicionis ut abire possint. Et ideo quod fisco obligamus et vendicare interdum et alienare et seruitutem predio imponere possumus.

Regule ff. huius libri. Q. sunt hec

Qui ex actione habet ad rem recuperandam ipsam rem habere videtur. Que legata mortuis nobis ad heredem nostrum transeunt eorum comodum per nos his quorum in potestate sumus eodem casu acquirimus aliter atque cum stipulanti sumus. Nam et sub condicione stipulantes omnino eis acquirimus etiam si libertatem nobis prestari ad ius condicio existat. Qui cum alio

nam quod ad iudicium fit ideo tutor auctoritas necessaria